Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8337
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

comedit pectus regalis facti uulnere sauciata
quia erigi plus meretur quos fortis sue aduer-
sa prostrauit. Idem de amicitia. ca. vii. contra ad-
uersa et prospera remedia prestat fortitudo.
Bernardus in libro de improbatione maiorum. ca. vi.
Non turbat aduersa pios, nec aspera tollunt.
Gualterus de castellione libro v.
Nulla rei nouitas peruertere fortia debet
pectora, cum nulla teneat lege fidelis
Esse homini fortuna diu.
Ibidem libro vi. peregrare uulnus acerbo
Cura ferro, grauius est medicina doleri.
Asperior sanat, grauiores potio morbos.
Naufragiumque timens iactura sepe redemit
Nauta quod potuit ex damnis dampna leuauit.
Est animi fortis stratum contemnere mortem,
Non odisse uitam, sed amare uirorum est.
Idem libro viii.
Degeneres animi pectusque ignobile sumus
Credunt esse bonum diuturna uiuere uita.
Matheus vindocinensis in poetria parte prima ca. xxii.
Vir est qui cum biformes euentus uniformi men-
tis constantia militat premunitus.
Idem de ystoria tobie. ca. xxx.
Lubrica fortune non te premat alea. uirtus uiuas
Maior in aduersis prosperitate minor.
Henricus samariensis libro ii.
Contra fortunam sis constans sis paciens sis
Ferreus aduersis. te neque frangat yemps.

De patientia et impatientia. ca. ii.

Salomon in prouerbiis. ca. xiiii. Impatiens operabitur
stultitiam. Qui patiens est multa gubernabitur
prudentia. Qui autem impatiens est exaltat stulti-
tiam suam. Idem. xxvi. capitulo. Melior est pati-
ens uiro forti. et qui dominatur animo suo, expu-
gnatore urbium. Idem xxviii. ca. Qui pa-
tiens est sustinebit dampnum. Idem xxv.
capitulo. Patientia lenietur princeps. Idem in
Ecclesiastico. ca. vii. Melior est patiens arro-
gante.
Cronica de magis phorum. ca. ii. s. de Talete.
Thales Millesius qui primus sapiens noia-
tus est secundum quem et septem sapientes uocati sunt,
Interrogatus quid esset quod facile infortunium
no. ferret, ait si inimicos peiora pati uideret.
Idem vi. ca. s. de biante. Bias primonsis
dictus unus de septem sapientibus, dicebat
infortunatum esse non pacientem infortunia.

Aristoteles politicorum libro viii. et fine. ca. ii. Iuuenes
propter etatem indelectabile sunt nichil sufferre uolentes.
Virgilius Eneydos libro v. prope finem
Superanda omnis fortuna ferendo est.
Tullius rhetoricorum rethoris ueteris libro ca. ix.
Patientia est honestatis aut utilitatis causa rerum
arduarum ac difficilium uoluntaria ac diuturna
perpessio.
Ouidius epistolarum v. epistola
Leniter ex merito quicquid patiare ferendum est.
Que uenit indigne pena dolenda uenit.
Idem sine titulo siue amorum libro primo ca. primo
Leue fit quod bene fertur onus.
Idem libro ii. ca. iii.
Nunquam quod ferre cupies dum ponere graue est.
Quintilianus de cla. x. declamatione. Leuat omnis
cruciatus omnem dolorem preparata mens contra posuisse
patientia, nulla pena est nisi inuito. Non habemus
ullum, nisi ab impatientia dolorem. Idem xi. de-
clamatione. leuior est dolor qui dispergit.
Paulus ad romanos v. ca. Tribulatio patientiam
operatur, patientia autem probationem.
Seneca tragediarum in Octauia. ca. iiii.
Quo plura possis plura patienter feras.
Idem in medea. ca. iiii.
Equum atque iniquum regis imperium feras
Idem epistolarum ad lucillum libro ii. epistola vii. et fine
Multum addit sibi uirtus lacessita. Idem
de prudentia. Marcet sine aduersario uirtus, tunc
apparet quanta sit quantumque polleat cum quid possit pa-
tientia ostendit. Idem de consolatione ad paulinum.
Non ferre mala sua non est uiri.
Macrobius saturnalium libro ii. ca. xvii. Ex auctoritate
publii feras non culpes quod mutari non potest.
Furor fit sepe lesa patientia.
Lucanus libro viii.
Gaudet patientia duris.
Cecilius firmianus de beata uita libro iii. patien-
tia est malorum que inferuntur aut accidunt cum equa-
nimitate perlatio.
Prudentius de Sicomachia. ca. iiii.
Sibi una comes uirtutibus assistat,
auxiliumque suum fortis patientia miscet.
Nulla anceps luctamen init uirtute sine ista
uirtus, nam uidua est quam non patientia firmat.
Cato. ca. ii.
Maxima etiam morum semper est patientia uirtus
Idem. ca. iiii.
Quod merito pateris, patienter ferre memento.

109